UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Aulularia Plautina co-,||moediarum lepidissima

Plautus, Titus Maccius

[Deventer], [ca. 1517]

Congrio

urn:nbn:de:hbz:466:1-71292

Visual Library

Ego hinc artoptam ex proximo vtendam peto
A congrione,tu iſtum gallum ſi ſapis
Glabriorem reddes mihi q̃ʒ volſus ludius eſt
Eu. Sed quid hoc clamoris oritur hinc ex proximo?
Coqui hercle credo faciunt officium ſuum
Fugiam intro,ne quid turbe hic itidem fiat

Congrio

OPtati ciues populares,incole,accole,aduene omnes
Date viam qua fugere liceat,facite tote platee pateat
Nunquid ego vnquam niſi hodie ad bacchas veni in bacchanal coquinatum.
Ita me miſeꝝ et meos diſcipulos fuſtibus male contuderunt
Totus doleo,atq; oppido perij,ita me iſte habuit ſenex gymnaſium
Atat perij hercle ego miſer,aperit bacchanal adeſt,
Sequitur ſcio quam rem geram,hec ipſus magiſter me docuit.
Neq; ligna ego vſquam gentium preberi vidi pulchrius
Itaq; omnis exegit foras,me atq; hos honuſtos fuſtibus

Euclio ſenex Congrio

Eu Edi,quo fugis nunc?tene tene,Con. q̄d ſtolide clamas
r Eu. Quia ad triſuiros iam ego deferam tuum nomen, Con. quam ob rem
Eu. Quia cultꝛ habes,Co. cocum decet. Eu. q̄d cõminatus
Mihi,Con. Iſtuc male factũ arbitroꝛ,quia nõ latus fodi
Eu. Homo nullus eſt te ſceleſtioꝛ qui viuat hodie
Neq; cui ego de induſtria amplius male plus lubens faxim.
Con. Pol et ſi taceas,palam id quidem eſt,res ipſa teſtis eſt
Ita fuſtibus ſum mollioꝛ magis miſer q̃ʒ vllus cynedus
Sed quid tibi nos mendice homo tactio eſt? que res?
Eu. Etiam rogitas?an quia minus q̃ʒ equum erat feci?
Con. Sine,hercle cum malo magno tuo,ſi hoc caput ſentiet
Eu. Sed in edibus quid tibi meis nam erat negocij